

**Dissertatio medica inauguralis, de morbo glandulari Barbadosi, quam, annuente summo numine, ex auctoritate vice-cancellarii Archibaldi Davidson, S.S.T.P.P. et collegii Glasg. Praefecti ; nec non amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto ; pro gradu doctoris, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis, in comitiis universitatis Glasguensis / eruditorum examini subjicit Gualterus Caddell.**

### **Contributors**

Caddell, Walter, 1738-1797.  
Davidson, Archibald.  
University of Glasgow.  
Royal College of Physicians of London

### **Publication/Creation**

Glasgae : Typis Jacobi Mundell, 1800.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/b26v8jre>

### **Provider**

Royal College of Physicians

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London. This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

158/40

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE *Baillie*  
MORBO GLANDULARI  
BARBADENSI,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE DIGNISSIMI VICE-CANCELLARII

ARCHIBALDI DAVIDSON, S. S. T. P. P.

*ET COLLEGII GLASG. PRÆFECTI;*

NEC NON,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET.

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET  
LEGITIME CONSEQUENDIS,

*IN COMITIIS UNIVERSITATIS GLASGUENSIS,*

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GUALTERUS CADDELL,

*BARBADENSIS.*

LYCEI MED. LOND. SOC. NEC NON SOC. REG. MED. EDIN. SOC.

AD DIEM XIX. MAII, HORA LOCOQUE SOLITIS.

---

GLASGUÆ:

TYPIS JACOBI MUNDELL, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

---

1800.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCTORALE

*Handwritten signature*

MORBO CLAUDICANTIA

IN AUCTORALE

AVANT KITE BUNNO KUNING

ET ALIIS IN AUCTORALE

ARCHIBALD DAVISON & S. J. P.

AT COLLEGE OF PHYSICIAN

AMM. KUNING BUNTO KUNING

NORWICH & FACULTATE MEDICINAE

PRO CASU LXXI TORONTO

COMMITTEE IN AUCTORALE

IN COMITATU MEDICINAE

QUARTERIA CUBIT

ENCLAVE

IN AUCTORALE

IN AUCTORALE

IN AUCTORALE

IN AUCTORALE

IN AUCTORALE

1850

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS  
LIBRARY

CLASS	ACQ.	SOURCE	DATE

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS  
LIBRARY

CLASS	Tr. 40
ACCN.	22584
SOURCE	
DATE	

AMICIS SUIS CARISSIMIS,

NATHANIELI LUCAS,  
MATTHÆO COULTHURST,

ET

ROBERTO GIBBONS ;

OR

AMICITIAM RARO ÆQUATAM SUPERATAM NUNQUAM,

ET OB

PLURIMA IN EUM COLLATA BENEFICIA,

HOC OPUSCULUM,

GRATI ANIMI,

TESTIMONIUM PARVUM,

SUMMA OBSERVANTIA,

D. D. D. QUÆ,

AUCTOR.

ALBION AND CARIBBEA

NATHANIEL LUCAS

MATTHEO COUTHURST

ET

ROBERTO GIBBONS

AMSTELÆDAMI SOCIETATIS PUBLICÆ

ET

PLURIMARUM COLLEGIARUM

HOC OPUSCULUM

GRATI ANIMI

TESTIMONIUM PARATI

EST

Doctor Baillie.  
With best Regards from  
very sincere friend  
The Author.

---

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
MORBO GLANDULARI  
*BARBADENSI.*

---

PROEMIUM.

CUM summos medicinæ honores petiturus, aliquid de re medica scribere statuissem; quod in lucem ederem, et eruditorum examini subjicerem; ex magna copia rerum, quæ sese mihi obtulerunt, (ac unde mora haud parva et difficultas seligendi juveni sæpe oriuntur;) Morbum Glandularem Barbadensem opusculi hujus, argumento selegi; hâc ratione maximè inductus, quod nullus morbus attentionem incolæ Barbadenfis sibi magis meritò vindicat, quippe hanc insulam magnopere infestat; quique, etsi nuper à viris spectatissimis diligenter tractatus, spes



tamen medicorum adhuc fallit, multùmque prius indagationis, ni fallor desiderabit, quam symptomata levare; vel malum ipsum tollere nobis concedetur.

OB causam quoque aliam, meque ipsum propiùs afficientem, huic morbo primitias studiorum meorum consecrare volui; scilicet quod ipse, morbo laboravi.

### QUÆDAM OBSERVATIONES GENERALES DE INSULA BARBADENSI.

ANTEQUAM morbum propositum considerabimus, res postulare videtur, quædam quam brevissimè exponere, à quibus; omnibus in regionibus, morbos vel produci, vel quodammodo mutari censent medici.

NEXUS, qui inter statum cœli, cujusvis regionis; et morbos ejus epidemicos existant; fortasse subtiliores sunt, quam quos, acies acutissima cernere queat, neque si comperti essent, scientiâ aut arte humanâ remedium malo suggeri posse verisimile est.

INTER bronhocelen, exempli gratiâ, et regionem montanam planè intercedit connectio quædam,

nultis tamen in plagis, monticolæ eâ penitus carent.

DE hoc malo idem affirmare licet, dum enim constat quoddam vinculum inter statum proprium cœli Barbadoesiæ et Morbum Glandularem, de quo agitur, existere, quid illud sit, et quomodo operetur, penitus ignoratur.

QUÆ observationes igitur, sequuntur sub hoc capite; hùc maxime pertinent, nimirum, quòd multæ res, quæ magni interesse primo aspectu credantur, nullam lucem nobis afferunt, easque hoc consilio, non spe morbum illustrandi enarravi.

INSULA Barbadoesia in gradu  $13^{\circ}$  latitudinis septentrionalis  $59^{\circ}$ ,  $30'$  longitudinis occidentalis posita est. Ex omnibus insulis, quæ Carribæenses appellantur, maximè ad Orientem spectat: ad plurimas earum navigari potest biduo; ad unam facilis est transitus duodecim horarum spatio. Insula est parva, exque corallio ferè penitus composita; arborum ferè destituta; multitudo hominum magna; agri quam maximè culti sunt, industriâ summâ.

NULLUM flumen in insula invenitur, quod mereatur tali nomine insigniri; siccitatibus permagnis laborat, et etiam cum decidunt imbres; aquâ in

fossas magnas (Anglicè, ravines) defluente, agri cito arefcunt.

COELUM gaudet temperie mirum in modum æquali: Interdum per tres menses continuos, thermometrum Fahrenheitianum quatuor gradibus non variat; rarò quidem, aut infra gradum 76<sup>um</sup> descendit, aut altiùs gradu 86° affurgit. Ardorem leniunt etefiæ (Anglicè, trade winds) quibus infula, maximam partem anni perflatur.

Ex his rebus, sine dubio, provenit mira falubritas Barbadoefiæ.

FEBRES multò rarius offendimus hic loci, quam in proximis infulis; febresque intermittentes, et diras earum fequelas, in iftis miserandis, qui, recuperandæ valetudinis causâ hanc regionem petunt, folum videmus.

HEPATITIS ac reliqui morbi jecinoris, à regionibus calidioribus originem trahentes, ut vulgò arbitrantur medici, (eos non velim dicere, qui ubicunque terrarum nimio ex ufu liquorum spirituoforum oriuntur); qui colonias vicinas admodum infestant, nobis æquè ac Europæ innotescunt.

Hic obiter obfervare liceat, phthifin pulmonalem apud nos rarius cerni. Qui igitur phthifici, mul-

tum commodi ex mutatione cœli expectant, iis me judice, magis proderit, hanc, quam regiones Europæ meridionales petere.

FRAMBOESIA Culleni, cui nomen Anglicè, *the Yaws*, (quam posuit Nosologus ille celeberrimus in Cl. tertiâ. Cachexiarum, et Ord. tertiâ. Impetiginum, quæ autem ad Exanthemata strictius pertinet, hominem nisi semel, per totum vitæ decursum, sicuti variolæ, nunquam invadens), Barbadosibus adeo ignota est, ut nec medicus, nec colonus, malum attentione minimâ dignentur, nec aliquid metûs inde habent incolæ.

HÆC res est certè digna notatu, cum enim inter Afros recenter advectos, Æthiopesque in insula natos commercium liberum intercèdat, cum hic morbus etiam maxime contagiosus sit, et in insulam sine dubio sæpe illatus fuerit aer tamen, quoddam proprium, malo adeo inimicum continet, ut ne quidem unum dum diu in insula versatus essem, exemplum mihi occurreret.

PALUS non nisi unica notatu digna in hâc insulâ invenitur; hujusque situs est talis; ut hinc nullum morbum oriri suspicemur. Quum enim febris intermittens, nobis penitus ignoretur, ac illi qui paludi vicini sunt valetudine æquè bonâ fruuntur, ac alii quam longissime ab eâ degentes; hâc re perpensâ

nullum certius est nobis indicium, paludem innocuam esse.

TALIBUS muneribus natura nos ditavit ; adeo ut quibus laudibus Montpeliers salubritate et amœnitate effertur in Europa, eas sibi summo jure vindicet Barbadoesia in Indiâ Occidentali ; aliquid tamen amari his bonis admiscetur, morbo enim sævo laboramus quem pensî Academici argumentum selegi.

#### PAUCA DE VICTU BARBADENSIUM.

PAUCÆ sunt regiones forte ubi victu magis diverso utuntur incolæ. Homines generosi, lætis conviviis gaudentes, epulis lautioribus sæpe accumbunt.

FEMINÆ ejusdem ordinis temperantiam colunt summam, victumque parcum et simplicissimum sibi præferunt : ex iis ; multæ, ab usu vini, omnino abstinent ; et paucae, nisi parcissime, eo utuntur.

QUI locum humiliorem tenent, cibo ex farinaceis conflata, radicibus et oleribus vulgo vescuntur, atque ex talibus constat ferè omnis victus Æthiopum qui omnibus reliquis longè numerosiores sunt.

MODUS vivendi non magis diversus quam aquæ

dotes. Hoc loco solum observare licet, nulla accuratiora experimenta, quantum scio, adhuc instituta esse, quæ nos de naturâ seu quantitate ullius impregnationis salinæ, quam singuli fontes contineant, certiores reddant. Haud quoque indignum notatu, equos aliosque quadrupedes aquâ pluviali in stagnis collecta, uti.

QUAMVIS diversitas est morum victûsque adeo insignis, generalem habitum corporis mirè confimiles sunt Barbadeses Cujusque ordinis. Pulsus arteriarum languidiores, major irritabilitas, celeres irasci, laboris adeo impatientes ut corpora nec valida sint, nec ea quotidie aut regulariter exercent. Sæpiùs autem ab exercitatione violentissimâ, saltatione, e. g. quâ admodum delectantur, ad inertiam summam transeunt, donec stimulo aliquo à suo sopore rursus exsuscitentur.

Si quo studio, quo ardore aucupandi voluptatem prosequimur, dum aves migratoriæ insulam revivifant, reputaverit aliquis; nostris moribus affuetus, huic observationi facile assentietur.

## HISTORIA MORBI.

NATURA hujus morbi tenebris densis diu obvoluta est, nec nisi nuperrimè tantum lux quædam

perobscura ei affulfit. Ante pulcherrima inventa anatomicorum celeberrimorum Hunter, Monro, Hewson, et Cruickshanks, docti fere penitus ignorabant systema lymphaticum quibus vitium inhæret.

QUÆ igitur de hoc morbo commentus est Doctor Hillary multum obscuri habent, quippe pathologiæ humorali, doctrinæ tunc temporis ubique receptæ, innituntur.

HINC ; ratio reddatur, cur sagax hic medicus in errorem inciderit, etenim tumorem crurum febrem consequentem, et à materiâ morbidâ depositâ oriundum, quæ à febre originem trahere credidit, descripsit.

SI phænomena mali accuratè observasset, notitia systematis lymphatici tunc temporis erat adeo imperfecta, non dubitandum est quin difficultatibus quidem summis involveretur, et ideo haud mirandum, eum longè à veritate multis in rebus deflexisse : ex observatione enim quotidianâ satis liquet, quam facilè mens humana res factas, quæ maximi momenti sint, negligat, quum quibusdam notionibus præconceptis adversentur, aut, ne theoria dilecta et diu stabilita corruat, timeatur.

UNI ex civibus nostris, qui artem medendi apud nos diu exercuit, tractatum primum de hoc morbo

*unice* conscriptum debemus. Observavit ille, etsi nusquam terrarum existat endemicus; (quantum ex scriptis medicorum colligimus); morbum tamen, huic adeo similem quibusdam locis inventum depinxisse navigatores, ut quin idem sit, vix dubitandum.

HUNC, valdè refert ille morbus, quem celeberrimus circumnavigator Cook apud indigenas Tongataboo insulæ nomine in Oceano Pacifico positæ vidisse narrat.

CLARISSIMUS chirurgus Dominus Home, qui malum Barbadense optimè callet, crus Cocheense (ut verbis Doctoris Clarke utar) ab illo auctore descriptum, cui obnoxii sunt Cocheenses qui oram Malabaricam incolunt ad eundem morbum referri debere nullus dubitat.

TUMOR scroti insolitus, quem descripsit Doctor Schotte in Actis Philosophicis Societatis Regiæ anni 1783, exemplum hujus morbi, ut mihi videtur, præbet; nam, animadvertendum est, Doctorem Schotte farcoceli hunc referre velle, nec non ægrum minùs diligenter considerasse; ad quam rem probandam fatis est perlegere historiam, quam verò, hìc citare limites talis dissertationis nequaquam patiuntur.

DOMINUS RUSSELL, chirurgus Edinensis clarus,  
B



qualem morbum famâ audiverat Doctor Schotte, talem apud gentem Afrorum nomine Bambaras Dominum Park vidisse, nobis prælectionibus suis utilissimis tradit: et de hoc à Domino Park ipso, certiore factum esse affirmat.

QUÆ vir supradictus Dominus Home mihi amicissimè communicavit, probare videntur, affectionem morbo Barbadenfi haud absimilem non rarò in Britannia occurrere cum aliquid topicè irritans vasi absorbenti applicatum fuerit.

NE descriptio auctoritate viri suffulta, quem magni meritò faciunt omnes, imperfectior reddatur, aliquâ parte immutatâ rem fere ejus verbis depictam hic exponere fas sit.

“ Instances (says he) have occurred in England,  
 “ of persons pricking the finger with a clean sewing  
 “ needle, which in them has produced all the  
 “ symptoms of the Barbadoes disease; pain up the  
 “ arm; swelled glands; swelling of the limb; and  
 “ a paroxysm of fever; but when these went off,  
 “ there was no return.

“ A gentleman, on applying a strong solution of  
 “ Goulard to a small sore on the shin, has had pain  
 “ in the course of the lymphatics; swelling in the

“glands of the groin, attended with fever; but  
 “these subsided without return.

“In several instances of seamen, whose legs were  
 “taken off in a weak state, the stump has fallen  
 “into this disease, becoming very large, and perma-  
 “nently so.

“The arms of patients who have had several  
 “glands removed, fall into the same state.

“A gentleman in Grenada, afterwards my pa-  
 “tient, had a disease of this kind in his nose, from  
 “much exposure to the sun; and an inflammation  
 “coming upon his face, his nose was naturally un-  
 “usually large at the end, making it peculiarly fa-  
 “vourable for this disease.”

Doctor Hendy hæc verba habet: “The Island  
 “of Antigua has furnished me with one or two in-  
 “stances of this disease.”

His breviter memoratis, hunc morbum nostræ  
 regioni non *proprium* esse satis manifestum est; quas  
 vero mutationes in insulâ nostrâ subit, ubi endemi-  
 cus est, statim dicendum; et hoc consilio nunc quo-  
 modo impetum facit describendum.

ÆGER, qui optimâ valetudine olim potitus est,

primum rigore quodam leni et stupore cruris corripitur, sensu molesto secundum cursum vasorum absorbentium tendente. Hic autem in aliis alius est; cursum ejus secundum lymphatica quæ glandulam poplitæam pertranseunt, egomet sæpe sensi.

Hic sensus brevi dolorem comitem habet, præcipue si crus ægrotans extendere conatur: Inguine presso nunc temporis; (si morbus in artu inferiore positus est); glandula dolens tumefacta plerumque invenitur. Interdum cernitur linea rubra, in exemplis ubi lymphatica in superficie corporis maximè affecta sunt, vasorum morbidorum cursum observans.

SYMPTOMATIS his topicis aliquandiu persistentibus, et quadantenus incrementibus, rigor ægrotum invadit, qui in paroxysmum febrilem verum, gradatim incrementum.

TEMPUS, quod inter initium elabitur affectûs topici, et accessum febris symptomaticæ, valde diversum est, pendet autem plerumque à celeritate quæ signa localia urgent; interveniunt aliàs complures horæ; alias spatium minutissimum. Pauca audiivi exempla, sed nunquam vidi, ubi hæc duo tam arcte inter se conjuncta fuerunt, ut, difficile esset statuere, an hoc an illud prius accessissent. Sed si talis res unquam eveniat, iis contingit solum, qui diu et crebrò morbo laboraverunt.

IN plerisque, qui eo diu colluctati sunt, metus mali appropinquantis, ni fallor, febrem symptomaticeam multo accelerat.

ANTE vero quam paroxysmus accedit, dumque perstat, dolor cruris et glandis magis magisque ingravescens, tandem eo usque sævit ut violentiam ejus vix diutius ferre queat infelix. Sternutatio vel tussis cruciatibus afficit diris; stragulorum etiam contactus dolorificus, corporisque agitatio, dum subest horror febrilis angoribus maximis miserandum excruciat, qui nisi brevi finirentur intolerandi essent.

HAS misérias plerumque terminat vomitus, qui ut in intermittente, stadio frigido finem imponit, calidumque inducit. Deinceps, febris singulos paroxysmos intermittentis prope referens sudore et somno profundo finitur; manat sudor satis diu, somnusque valde profundus; tandem expergescitur dolore multum imminuto, sed nequaquam penitus cessante contingit etiam id temporis febris symptomaticeæ intermissio.

EODEM quoque tempore, cruris cutis multis in locis, maculis coloris rutili interstincta est: perstant dolor et contractio cruris quamvis leniores: tumor quoque adest glandulæ inguinalis; et partem majorem vel minorem cruris occupat intumescencia,

talo autem, antequam morbus diu persistiterit; fere contenta est.

QUINQUE aut sex diebus elapsis, si ægroto crus suum in positione horizontali quietè servare licuerit, paulatim decedunt omnia signa, et valetudo redit pristina; nisi quod glandula quibusdam in ægris aliquid intumescentiæ diu retinet.

UNIUS impetus (ut vulgo loquuntur nostrates) historiam succinctam dedi. Ubi aliquem sæpius invaserit, ubi neglecta aut omissa idonea curatio fuerit, tumor cruris, qui, inflammatione sedatâ, facile subsidebat, nunc diutius perdurat, arte tandem nulla sublevandus; hinc intumescencia oritur localis, hujus mali nota maxime insignis.

INCREDIBILE est dictu quantam molem crus interdum accipiat. Ægroti historiam tradit Doctor Hendy necnon figuram graphicam ejus delineandam curavit cui crus singulum triginti sex pollices in circuitu metiebatur, aliumque memorat, cui scrotum erat in circuitu sex pedes et pollices duodecim longum, quorum ambos ipse sæpè vidi.

Hujus extimescendi mali adventus multum acceleratur, si æger, tempus fatis longum, crus suum extensum servare neglexerit.

HOMINES omnis ætatis, sexus, et temperamenti aggreditur, infantes quidem rarius ; hi verò à morbo haudquaquam immunes sunt. Quadrupedes, equos imprimis, sæpissime tentat. In his intumescencia cruris multò celerior accidit, quod à positione crurum generali expectandum esset.

QUIBUS, res angustiiores sunt, hoc morbo sæpissime plectuntur, nec mirum, causis enim excitantibus magis obnoxii sunt ; ex hac causa quoque, extremitates inferiores frequentius occupat.

MINIME dubito morbum intestina aliquando adori præcipue in illis quos sæpe laceffiverit, saltem homine correpto signis supradictis, hisque quadantenus ingravescentibus ; metastasis fit subita, et de intestinorum dolore hebetate ac profundo, conqueritur ægrotans ; adfunt quoque alia signa, scilicet, dolor, rubor, et testiculorum vel unius vel amborum intumescencia, quæ talem opinionem saltem probabilem reddunt.

QUUM autem incolæ cadavera incidi neutiquam volunt, an mutationem ullam morbidam fubeant necne, adhuc incertum est. Talem ordinem morbus, non semper sequitur. Statim in conspectum aliquando prodeunt signa, quæ hunc morbum insignire in intestinis creduntur. Affectione verò scroti, qua in

parte sine dubio morbus sæpissime apprehenditur ea plerumque comitata sunt.

CEREBRUM à morbo haud immune esse, ac inde produci mortem repentinam vulgo affirmatur. An hæc res unquam contingat, nequeo dicere, tale exemplum certe mihi videre nunquam evenit.

INTERVALLIS morbus revertitur valdè diversis causâ satis manifestâ, nempe quod irritatio quævis fortè adhibita, inter causas ejus præcipuas excitantes ritè numerari debet.

MORBO longiùs progressio et crure intumescentiâ satis magnam jam nactò, apparent eminentiæ quædam, ac etiam aliquando rimulæ et fissuræ.

HINC elephantiasin nuncuparunt aliqui his rebus decepti.

Hic notandum est, postquam hominem aliquoties invaserit malum, tumorem œdæmatosum talorum sæpe fieri, interdiu supervenientem, et ægroto in lecto decumbente, evanescentem.

PHÆNOMENA CADAVERUM INCISIONE  
INVENTA.

CADAVERA fatis multa incisa fuêre ; ex quibus fatis innotescunt mutationes morbidæ sub ejus formâ communi conspiciendæ. Quæ sequuntur, omnia ut credo, quæ hac de re cognoscimus, complectuntur. Venia mihi dabitur ea Anglice narrandi ; alterius enim incisionis historiæ auctor est admirandus præceptor meus, Doctor Baillie, qui sectionem cruris morbo affecti in musæo ejus anatomico servati, describit : alteram, à viro claro accepi, cui olim hoc in opusculo, et nunc iterum obligationes meas lubens agnosco.

“ The preparation (inquit Doctor Baillie) of the  
 “ Barbadoes leg in my possession, is a section of the  
 “ left leg, a little under the calf : It measures about  
 “ four inches in diameter from one side to the o-  
 “ ther, and nearly five inches from the fore to the  
 “ back part. The skin upon its outer surface is  
 “ rough, being raised into a great many tubercles,  
 “ or excrescences, which are most of them of a  
 “ small size, but some are as large as half a garden  
 “ pea. The skin is twice as thick as common heal-  
 “ thy skin, and the cuticle covering it is thicker,  
 “ and less transparent than common cuticle.



“ The cellular membrane under the skin has un-  
 “ dergone a very great change : It is at least an  
 “ inch thick all round the muscles, separating the  
 “ muscles, of course, at this distance from the skin.  
 “ It is very hard, and seems composed of a num-  
 “ ber of thick firm membranes, intersecting each  
 “ other in various directions, so as to leave confi-  
 “ derable interstices between them. These inter-  
 “ stices are filled with a firm jelly : This jelly, in  
 “ the preparation, is very solid ; but perhaps be-  
 “ fore the preparation was put into spirits, it might  
 “ have been only a thick viscid fluid. The muscles  
 “ appear healthy in their structure, but they are  
 “ compressed into a smaller space than usual, by  
 “ the thick surrounding mass of diseased cellular  
 “ membrane. The tibia and fibula are quite free  
 “ from disease.”

QUAM similis sit morbus hicce, isti, quem inter-  
 dum videre est in Britannia, patebit ex historia se-  
 quente, quam acceptam Domino Home refero.

“ IN 1786, I had the opportunity of examining  
 “ the leg of a patient, which had all the appear-  
 “ ance of the Barbadoes disease, but was a disease  
 “ brought on in this country. The muscles and  
 “ bones were in a natural state, and appeared per-  
 “ fectly healthy ; so did the arteries ; but the sub-  
 “ stance between the skin and muscles was three

“ inches thick, made up of thickened cellular mem-  
 “ brane, in which globules of oil were suspended ;  
 “ but there was no fat. The external veins of the  
 “ limb were exceedingly thick in their coats, more  
 “ so than the arteries ; but after the most attentive  
 “ search, renewed at several different times, I could  
 “ not discover a single lymphatic vessel in this mass.  
 “ This appearance exactly corresponds with the  
 “ Barbadoes disease, in the scrotum which I have  
 “ more than once examined in the living body, in  
 “ the operation for hydrocele. Unfortunately I  
 “ was unable to procure the whole limb of this  
 “ body, and therefore cannot say whether there  
 “ was any morbid change to be observed in the  
 “ glands belonging to it.

“ THE structure in the case of the nose mention-  
 “ ed above, was exactly similar ; the cells not con-  
 “ taining coagulating lymph, but being extremely  
 “ thickened. Upon the gentleman’s arrival in Eng-  
 “ land, the end of the nose projected so much be-  
 “ yond the cartilage, as to produce deformity. I  
 “ removed the portion on each side, which project-  
 “ ed beyond the nostril : The cut surface hardly  
 “ inflamed, but oozed out serum, and in a fort-  
 “ night healed up.”

NARRATA jam historiâ morbi hujus, pro limiti-  
 bus dissertationis hujusmodi quam plenissimâ ; hanc

partem concludere liceat, rationes præcipuas breviter recensendo, quæ sententiam meam, scilicet, morbum à systemate lymphatico oriri, febremque ac signa reliqua ab hoc solummodo derivari; comprobant.

NEC vacet, nec necesse est systema illud exponere. Anatomici ingeniosi prælaudati, qui multam curam huic rei impenderunt ejusdem notitiam per scripta sua longè latèque diffuderunt.

CURSUM vasorum absorbentium cruris sequitur dolor.

GLANDULAM tumefactam versus tendentia vasa absorbentia in Lineis inflammatis sæpe cernuntur.

EXEMPLUM nunquam vidi, in quo affectum localem non sequuta est febris.

QUAM parva sit connexio hunc inter morbum omnesque febris typos communes, ego ipse expertus loqui possim, illis enim æque ac hoc laboravi. Colonias continentis meridionalis vicini peragrans febribus intermittentibus, remittentibus et continuis invasus sum; adfuit autem obstructio nulla glandulosa: malo familiari simul correptus, morbo Barbadenfi glandulari, quem ab his aliis facile dignoscere potui.

HAC et omnibus in regionibus ex irritatione vaforum absorbentium produci posse morbum congenerem ostendimus; quod autem attentionem movet, et res est maxime admiranda cœlum Insulæ Barbadenfis incolas ejus huic morbo opportuniore reddere; nec non ejus comes, cruris tumor indolens.

HINC, me judice, paroxysmum febrilem inter symptomata, nunquam verò pro morbo ipso habendum esse, fatis patebit. Febrem symptomatiscam similem, stricturas urethræ multosque alios morbos comitari ex auctoritate fide dignissimâ affirmare possum.

SIVE unâ sive pluribus vicibus ægrum laceffendo, ullam mutationem morbidam inducat vaforum absorbentium glandularumque, incisione cadaverum non adhuc compertum habemus, nec cito compertum iri verisimile est, quippe sub formâ ejus communi mortem vix unquam inferat. Quantum ex observationibus in vivo corpore factis judicare possumus mutatio est nulla, et nullam revera existere probabile est.

QUÆ in incisione cadaveris observavit Dominus Home, nullam mutationem in vasis fieri probare videntur.

INTUMESCENTIA pro morbo nequaquam habenda, sed tantum pro sequela, ex compluribus paroxysmis irritationis vasorum absorbentium ortâ, unde arteriæ exhalantes secretionem hanc vitiosam ejicere proclives sunt, quæ membranæ cellulosæ tunicarumque venarum condensationem efficit. Attamen ex aliquo vitio glandularum hoc quoque posse fieri, haud negandum est, quippe Domino Home eas inspiciendi copia defuit.

QUA ratione vero aut ex his aut illis nascatur explicare nequeo.

### DIAGNOSIS.

QUUM more solito sese ostenderit morbus ab omnibus aliis facilè internoscitur. Accessionem febris intermittentis unice refert; hinc autem, nullus error oriri potest, intermittentes enim, in Barbadoesiâ nisi ab insulis proximis adlatas, nunquam videmus; advenæ quoque morbo glandulari, nisi post longam habitationem apud nos ægrè obnoxii sunt. Ad hæc quoque accessit, quod hoc in morbo dolor topicus instat multò acrior impetu febrili; his consideratis facilis erit diagnosi.

UBI intestina invaserit morbus, hunc inter et ceteras eorum affectiones discrimen perspicere magis

arduum, medici autem quàm maxime interest errore enim hic admisso, morbum inter inflammationes referendo, infeliciter perierunt nonnulli. Barbadosibus quibusdam colonias ceteras adeuntibus, et isthic malo correptis, error hujusmodi funestus evasit.

FEBRIS paroxysmus regularis, morbi comes fere assiduus, diagnosin fati idoneam neutiquam præbet; partibus enim adeo vitalibus morbo tentatis, signa solita parum regularia esse consuecunt, et similitudine accedere ad ea, quæ affectum istum totius systematis, denotant, qui febris symptomatica audit.

SI ad hæc quæ sequuntur, animum diligenter advertimus, morbus ab aliis facilius distinguetur.

SI morbo glandulari olim affici consueverit æger medico sagaci res hæc ipsa, ne quid ageret incautè, fati præmoneret. Jam observatum fuit, morbum, prius occupatâ aliquâ parte externâ, tunc sæpissimè internas adoriri. Si prius sanguis infeliciter detractus, quàm medicus arcessitus fuerit, ad dignoscendum morbum illi auxilio erit, sanguis enim, venâ perperam sectâ, coagulum minus firmum habere, dicitur, facile disrumpitur, eaque indicia, quæ morbos ad putredinem vergentes insigniunt, ostendit.

AB artuum inferiorum anasarçâ, herniâ humoralis, ceterisque morbis localibus, quibus cum morbo

Barbadenſi aliqua intercedit ſimilitudo, ſigna hujus ac iſtorum attentè conferendo, diagnoſis obvia erit.

MEDICIS, cavendum eſt, ne ſecuritate pernicioſiſſimâ, tempus nunquam revocandum omniumque rerum pretioſiſſimum aut terant aut forſitan perdant, ægroto aut amicis auſcultando, qui omnem morbum localem, ubi ſyſtema qualicumque modo afficitur huic vitio aſcribunt. Opinionibus hujusmodi fidem habendo, (iis que vulgo maximè creditur), hernia ſtrangulata, ſcroti in primis, neglecta fuit, et sæpius remedia pernicioſiſſima adhibuerunt imperiti.

### PROGNOSIS.

Hujus morbi prognos ſ raro infauſta; curſu enim ſuo regulariter peracto, æger valetudine optimâ plerumque fruitur.

PERICULUM, quod illi minitatur hinc ſolum oritur, quod ſi febris per populum fortè graſſetur, ne cum hoc coeat, metuendum eſt.

RES autem ſe aliter habent, ſi partem vitæ magis neceſſariam morbus occupaverit, ſi in inteſtinis ſedem ſuam poſuerit, quippe quâ nulla res infelicio accidere poteſt, de eventu morbi quam cautiffimè præſagiendum eſt.

UT perquam sævit interdum febris symptomati-  
ca, quæ pericula paroxysmum intermittentis, ea-  
dem hunc morbum quoque comitari possunt; hæc  
autem, (ut omnibus innotescit), pauca et adeò rara  
existant, ut hic loci ea memoravisse sufficiat.

### CAUSÆ REMOTÆ.

NUNC ad partem argumenti maximè obscuram  
devenitur. Nihil nisi conjecturas de causis remotis  
proferre possumus. Pauca de cultu agrorum, de  
moribus incolarum, ac cœli natura jam notavi,  
et has res, quas perstriximus, quoddam admodum  
peculiare habere, concedendum est, omnibusque  
perpensis; morbum colonis primis penitus ignotum  
esse dubitare nequeo.

IN sententiam igitur Doctoris Hendy ire fert ani-  
mus: Cujus opiniones meâ sententiâ ex mentis  
conscientiâ solâ deducebantur, exque difficultate ad  
originem ullam aliam, morbum referendi. Aucto-  
ris verba, qui certè nulli hypothefi addictus fuit,  
sequuntur:

“ THAT is the change from a very moist to a  
“ very dry atmosphere, in this very warm climate,  
“ which constitutes the remote cause; that pro-



“duces the predisposition, which lays the foundation for this very singular disease.”

NON ausim longiùs progredi.

OMNEM partem chemiæ excolere nixi sunt summâ ope philosophi multi ingeniosi, nec operam perdidērunt, hæcce enim scientia multa incrementa nuper accepit: fluida aeriformia præsertim auspiciis fanæ felicissimis perscrutati sunt; (hæc inventa admiranda et admiratione et delectatione contemplamur): attamen multas esse res quæ ad hæc fluida ac etiam atmosphæram pertinent quibus lux vix ulla adhuc refulget, fateamur necesse est. Hi igitur sine dubio, qui, in quo posita sunt contagium animale, miasma paludum, hisque similia se callere jactant, fundamento minus stabilito opiniones suas instruxerunt.

AN verò, quod insulæ defunt arbores, quodque alia haud pauca sibi propria habet; constitutio atmosphære chemica, aliquo modo immutetur; unde corporibus nostris fit irritabilitas præter naturam et ad morbum proclivitas investigationem mihi nimis arduam esse hoc tempore, confiteri non pudet.

SYDENHAMO illi magno libenter assentior, “Quæ qualisque sit illa aëris dispositio, nos pariter ac

“ complura alia ; circa quæ vecors ac arrogans  
 “ philosophantium turba nugatur, planè ignora-  
 “ mus. Neque fanè virum philosophum dedecet  
 “ nescire, ea fateri quæ nesciat ; adhibitâ modo  
 “ prius ad res rite perpendendas diligentîâ ; at in-  
 “ cognita pro cognitis habere, et ea quæ incertissi-  
 “ ma sunt, pro certis venditare id vero dedecet.”

### CAUSÆ EXCITANTES.

Hic morbus, sicuti plurimi alii, opportunos sæpe aggreditur ; dum interea nullam causam occasionalem reperire possumus.

NEQUEO non arbitrari quod frigori corpori subitò admoto vires nimix à medicis attribuuntur ; nec in hoc solum, sed etiam omni in exemplo, seu febris morbus primarius fuit, aut inter signa tantum recensenda. Quodcunque extremitates five unius, five plurium vasorum absorbentium irritat, inter causas excitantes frequentissimas annumerandum est. Ambulando in arenâ calidissimâ excitatus fuit morbus.

PUNCTURA, quam minimâ, inflammatione contingente ad malum inducendum viribus pollet maximis.

Ex culicum et animalium aliorum morfu, unde, prurigo et defricatio cuticulæ, oritur sæpissime morbus.

NULLA res autem eum frequentiùs excitat, quam animalcula perparva, cui nomen inditum est apud incolas chigoe, aut chigre †, quodque hanc infulam potissimum infestat.

### CURATIO MORBI.

DE hac re, sequentia potissimum consideranda videntur, *1mo*, Morbi, febre persistente, ac post febrem finitam; inflammationis curatio; *2do*, Ne morbus redeat ac ne quid corpori deformitatis ex morbo restet.

*1mo*, FEBRIS ac inflammationis topicæ curatio.

---

† Pulex penetrans est Lin. Syst. Nat. et perparvus quidem. Cutem perforat, nidumque in quem recipiantur ova, more struit revera mirifico; animalis enim abdomen magnitudinem suam saltem duodecies exsuperat: in hoc continentur ova seu lentes. Tempore quodam elapso disrumpitur insectum, progeniesque ejus recenter exclusa, partes vicinas infestant. Ex quo tempore perforatur cuticula; fit intolerabilis pruritus, ex quo inflammatio et suppuratio persæpe oriri assolent. Sedem sibi in pedum digitis, pedibusve ipsis insectum frequentissimè deligit: atque hinc originem trahunt ulcera harum partium permolesta.

QUUM ex ephemera simplice constet febris, remedia multa nec postulat, nec quidem patitur.

UTPOTE praxis, quæ in paroxyfmo intermittentis eadem hic quoque est necessaria, describere eam supervacaneum effet.

SOLUM modo observare liceat quod ægrotanti, dum in calido stadio verfetur, adest aquam frigidam bibendi defiderium inexplebile aquâ autem liberè concessâ, damnum ullum inde oriri nunquam animadverti.

QUOD deinceps attentionem medici plerumque vindicat, est inflammatio topica, hujus morbi fere fequela; manetque hæc aliquot dies postquam leniora evaserint cetera fympptomata.

HANC optime depellunt remedia sedantia, quibus hoc confilio uti confuefcimus, fcilicet folutionibus ceruffæ acetatæ et medicamina hujusmodi.

HIRUDINIBUS caret infula, nec fi eas fuppeditaret, applicare nobis liceret inflammationis fedandæ causâ; irritatione enim vel minimâ ex earum morfu morbi redintegratio metuenda effet.

CAUSA eadem impedit, quo minùs fcarificationibus uti nobis liceat.

DUM hæc remedia applicantur, simul crus suum in positione horizontali sedulo conservare oportere, monendus est æger.

NUNC quibus auxiliis, morbus ne redeat, cavendum est, considerare debemus.

EX iis multa ad farraginem ineptiarum referenda sunt, quæ apud anus nostras famâ vigent magnâ: silentio talia quidem prætereunda.

VARIA remedia, quæ morbi præcavendi causâ adhibita sunt, enumerare, et enumerata satis plenè describere, dum hanc dissertationem exarabam, conatus fueram; causasque etiam recensere, quibus famam caducam brevique quidem ævi deberent, tale inceptum verò hujusce opusculi limites longè superat: eaque medicamenta tantum memorare possum, quorum effectus in corpore afficiendo manifesti sunt et illa perpauca perstringam quæ vi aliquâ morbi præcavendi pollent.

### EMETICA, PURGANTIA, SUDORIFICA.

HÆC omnia satis largiter prescripserunt medici, dum vitium hoc à materiâ morbidâ in artu depositâ pendere censerent. Experientia autem castigatrix erroris certissima; remedia ejusmodi diu antequam

morbi natura cognosceretur, vana ac inutilia damnaverat, ac multa exempla memoriæ etiamnum traduntur, ubi non solùm nihil proficiebant, sed etiam pessimos effectus præstabant.

**PETROLEUM BARBADENSE; CORTEX PERUVIANUS FLORES ZINCI.**

COPIOSISSIME exhibita fuere, nec singulis defuerunt patroni magni nominis; sed redivis morbi valdè incertis perpensis quæcunque virtutes iis attributæ fuerint huic rei potius; meâ sententiâ ascribendæ sunt.

**OLEUM HARLEMENSE.**

AB empirico Haerlemi in Batavia præparatur hoc medicamentum ac nuper Barbadoesiæ hoc in morbo crebrò usurpatum est redivis morbi ab eo diutiùs retardatum esse quam alia jam dicta ego ipse ni fallor, observavi, effectus autem præstare aut diutinos aut constantes affirmare nequiverim.

REMEDII certe initio morbi, experimentum instituere debemus. Fluidum est ponderosissimum; gustus oleo fuccini similis, valdè nauseosum, et effectus ejus sensibus plane percipiuntur. Excretio-

nes omnes odoris valdè ingrati reddit, viribusque diureticis pollet.

ARSENICUM.—Inter alia remedia, hujus quoque, quippe quod viribus magnis gaudet, periculum factum est, et, quantum ex experienciâ loqui possum, potestatem haud contemnendam ostendit. Medicis verò, isthuc temporis, usus arsenici minus cognitus, et igitur timidius, quam nunc, proposuerunt.—Quippe enim nuperrime tantum in medicinâ legitime cultâ inolevit.

VIRTUTES igitur ejus non adhuc satis compertas, nec omnia mala ex usu luculenter monstrata fuisse non mirandum est. Ex quo tempore, de eo libellum in lucem edidit Doctor Fowler, ab usu ejus minus abhorrent medici. Ubi ulcera adsunt inveterata aliisque remediis haud cedentia, usurpatur, exque eo præcipue constare dicitur remedium Tonquinium, quod contra morsus animalium rabidorum ac venenatorum multis laudibus fertur. In curatione autem intermittentium præcipuè adhibetur et hic multum prodesse invenitur. Bonos effectus præstare egomet observavi in nosocomio publico Londini ubi quotidie usurpatur. Sive autem numerum, sive famam medicorum qui arsenicum condemnant, spectes, multos hoc medicamentum nec prudenter nec tuto adhiberi posse contendere confitendum est. Huic inter alia imprimis objicitur,

quod phthifin pulmonalem inducere affolet. Etiamfi revera res ita fe habeat, ex fupradictis, hunc cafum minime verendum effe in infula noſtra patebit.

HIS breviter narratis de viribus arſenici, annon aliquid boni in morbo glandulari exinde oriatur, nunc confiderandum eſt, namque copioſe aut ſæpè adminiſtrari poſſe medicamentum dotibus adeo nocivis præditum, hujus mali occurrendi cauſâ, minime credo; intervalla enim ſunt adeo diverſa et incerta, ut nulla adſit nobis regula, quâ in eo exhibendo dirigamur.

QUEM ſemel autem morbus, de quo agitur, adortus fuerit, is huic opportunior poſtea redditur et ſæpe accidit, ægrotos morbi adventum facilè prævidere poſſe, quando extiterit cauſa excitans omnium aliarum frequentiffima. In alterutro caſu; remedio utcunque periculoſo quoad ejus dotes generales, aut ex uſu diuturno uti prudenter certe fas eſt, ſi ejus auxilio morbi occurrendi aut leniendi ſit ſpes vel minima.

AD libellum Doctoris Fowler de arſenico, necnon Domini Home opus de ulceribus, lectorem relego, ubi formulas idoneas et efficaces inveniet. Præparatio, cui titulus eſt ſoda arſenicata, quæ celatur, et



à quibusdam pharmacopolis venditur, virtutes præstantiores habere dicitur.

HANC esse vel perfimilem, vel saltem non meliorem sequenti formulâ in quotidiano usu apud nosocomium sancti Georgii arbitror.

R. Arsen. Alb. unc. ii.

ACID. nitro muriat. quantum satis est. Coque paulisper ut liquetur sal, atque distilla donec omnis humor consumptus sit; dein sepone in vasi aperto, ut liquecat et cola. Deinde,

R. Hujus Acidi Arsenicati unc. ii.

Aq. Fervent. lb. i.

Natr. Præp. Q. S. ut faturetur Acid. M.

Vaporet. Liquor, ut fiant Crytalli.

Denique,

R. Hujus Natr. Arsenicat. gr. xvi.

Aq. Distillat. lb. i. M.

Hujus solutionis dosis in intermittibus est dr. i. bis indies.

HAUD negandum est quod primâ facie, quandam ex usu horum remediorum similitudinem hunc morbum inter et febrem intermittentem forsitan suspice-

tur aliquis ; sed memoriâ tenendum est, corticem, febrifugum potentissimum, in hoc morbo debellando vix quicquam proficere ; minimè quoque medicis convenire de modo operandi, quo hæc medicamina in curatione intermittentium feliciter adhibentur.

NULLUS quidem, nisi systemati plus justo addictus corticem Peruvianum et arsenicum iisdem virtutibus morbos sanare, unquam credere potest.

HÆC remedia vero, utcunque sagaciter administrata, et votis medici optime respondentia, morbum solummodo leniunt, neutiquam tollunt.

DEMIGRANDUM est ægrotantibus, ex insula, in regionem frigidiorum vel humidiorum si morbum penitus extirpare velint.

PERPAUCOS autem, dolendum est, qui morbo tentantur, ad hoc auxilium confugere possunt.

NUNC ad consilium ultimum, quodque quidem magni interest devenitur, scilicet, quibus rationibus deformitati isti, quæ, morbo neglecto, nunquam non contingit ; præcaveamus.

AD hoc consilium explendum, absorptionem fluidi extravasati quam citissime adjuvemus, oportet.

CRUS in positione horizontali servandum est, donec sedata fuerint inflammatio cunctaque irritationis indicia.

MALUM vero tam extimescendum, pressurâ prudenter adhibitâ, solummodo vitare possumus; hæc toti cruri æqualiter applicanda, et dum æger est in positione erectâ, nunquam negligenda.

DOLENDUM est opinionem de humoribus peccantibus adhuc adeo invalere, ut multi, ne hoc remedio et tutissimo et commodissimo utantur, deterreat. Existimant enim; humores, si pars aliqua externa compressa fuerit, in aliam quæ vitalis est, transituros; quodcunque igitur intumescentiam minuat aut tollat, cautissime vitant.

HÆC est causa, cur tumores istos adeo informes perfæpe in insula nostra offendimus. Opinio verò tam falsa tamque perniciofa jam obsolescere cœpit, et paulatim abolitum iri confido.

Hoc remedium et tutum esse et efficax, antequam morbus inveteraverit, ex experientiâ pro certo affirmare possum. Hoc quoque asserere haud vereor, ut concivibus meis persuasissimum esse velim, crure ita tractato, morbum rarius reversurum esse quam antea consuevit.

POTESTATE consideratâ quâ pollent absorbentia ad solidas structuras etiamque partis corporis durissimas tollendas, nullus locus dubitandi restat, quin idem remedium morbo longius progresso feliciter usurpetur.

Hoc consilio, cutem etiam servare humidam proderit; et has duas res optimè efficiemus emplastri adhæfivi ligulis. In feminâ generosâ Grenadenfi, quam curabat Dominus Home, tumor qui convexo pedis inerat, his ligulis usurpandis, per spatium solum decem dierum, dimidiâ parte minuebatur.

### PROPHYLAXIS.

MORBUM cujus historiam tradere conatus sum omnibus remediis resistere, quæ nobis adhuc innotescunt, jam ostendimus. Quæcunque igitur mali reditum impediunt, earum notitia, utcunque angustis finibus contenta, revera summi momenti est.

QUI insulam relinquere non possunt, iis, me iudice balneum frigidum utendum est; non autem in aquâ manendum illis aut exercitandum, donec lassitudo usque ad defatigationem processerit; usum verò ejus prudentem, frequentem, et moderatum, suadere volo.

ILLI præ ceteris omni causæ irritationis debent vitare aut obviam ire, quos semel tentavit malum. Quas partes culices aut cetera insecta momorderint, unde prurigo magna est et defricatio sæpe cuticulæ, eæ emplastro aliquo leni adhæsivo statim tegendæ sunt. Emplastrum Litharargyri huic rei optime respondet.

UNGUENTA et cerata, quibus admiscuntur partes axungiae porcinae, fevi ovilli, et spermatis ceti vulgo applicantur. Sed olea cuncta, et adiposa præsertim ex animalibus, in regione nostrâ calidâ facile rancida fiunt; ac ita dotes acridas et stimulantibus nactæ, irritationem cujus præcavendi causâ adhibebantur accelerant.

HÆ observationes leves forsitan videantur, sed quum ego ipse sæpius sensi, et, quantum boni ex istis rebus sedulo observatis; et etiam quantum mali ex iisdem neglectis, oriatur, dignas notatu quidem duxi.

SI tantum probabile videatur, vel unum ex concivibus meis huic morbo diro ita eripi posse, operæ pretium me fecisse putavero. Qui morbo semel laboraverint, hi talia auxilia supervacanea esse non existimabunt.

Huic opusculo finem impositurus memoriam il-

lius medici celeberrimi qui hunc morbum primo illustravit laudibus meritis prosequendam volo. Phænomena et symptomata morbi ita accurate delineavit ut quicumque ex natura et observatione, ea describit paululum ad descriptionem ejus pulcherrimam addere poterit. Morti ejus eheu! præmaturæ, sed potius arti nostræ imperfectæ et imbecillæ forte tribuendum est, quod observationes et indagaciones quas fecit, nobis auxilio tantillo in eo sanando fuerunt.

EXEMPLUM tamen ejus ad rem prosequendam alios hortaturum esse confido.

FINIS.

GLASGUÆ:

EXCUDERAT JACOBUS MUNDELL,  
ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS.

hinc medici celebrant qui hunc modum primo  
 illustrati laudibus meritis proferenda volo. His  
 nomina et symptomata morbi ita accurate descripta  
 ut in quocumque ex natura et observatione, ea  
 detur paululum ad descriptionem, que patitur  
 rursam addere poterit. Mori quis etiam, iuxta  
 tunc, sed potius uti nolite imperitare et impe-  
 cilia fore tribuendum est, quod observationes et  
 indagaciones quas fecit, nobis auxilio tantillo in eo  
 quando fuerit.

Exemplum tamen eius ad rem pertinentem  
 alio horatium esse confido.

OLASQUE  
 REGIACI SACRIS MEDICIS  
 ACADEMIAE TYPOGRAPHIA

---

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

D I G I T A L E ;

EJUSQUE IN QUIBUSDAM MORBIS USU.

---



---

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

GENERAL LAND OFFICE

WASHINGTON, D. C.

1880

---